

Tekstboekje

Tekst 1 Herse en Aglauros

- 708 Hierna verhief zich de herautgod op zijn vleugelpaar
en zag al vliegend onder zich Munychia, de streek die
710 Athene dierbaar is, en 't hooggeleerd Lyceumbos.
Juist op die dag werd - als vanouds - door ongehuwde meisjes
een heilig offer naar Minerva's feestelijke burcht
in optocht voortgedragen, op hun hoofd de bloemenmandjes.
De god met vleugels zag hun stoet terugkeren, en hij vloog
715 niet meer rechtdoor, maar ging nu steeds eenzelfde kring beschrijven
gelijk een snelgewiekte gier die offervlees bespeurt:
zolang die bang is voor de vele helpers bij het offer
trekt hij zijn cirkels, maar hij waagt zich ook weer niet te ver,
en vliegt klapwiekend rond, begerig naar dat lekker hapje.
720 Zo ook Mercurius: begerig, boven Pallas' burcht,
zwenkt hij opzij en blijft daar in de lucht zijn bochten draaien.
Zoals de gouden maan nog helderder dan Lucifer
en Lucifer weer helderder dan andere sterren schittert,
zo liep ook Herse bij die vrouwen, de opvallendste
725 van allen, sieraad in die stoet, te midden van vriendinnen.
Mercurius, verbijsterd door haar schoonheid, zwevend in
de lucht, vat vuur gelijk een loden kogel, weggeslingerd
met Baleaarse kracht: hij vliegt, wordt vliegend gloeiend heet
en schiet vol vlammen die hij eerst niet had, tot bij de wolken.
730 De god daalt neer, staat na zijn luchtreis weer op aards terrein,
maar tovert zich niet om - zozeer vertrouwt hij op zijn charmes,
terecht, want die zijn groot. Toch geeft hij ze nog extra zorg:
hij strijkt zijn lokken glad, schikt aan zijn kleed, zodat dat netjes
in plooiën valt en ook de gouden zoom breed zichtbaar is,
735 neemt dan zijn staf, waarmee hij slaap verwekt én wegjaagt, sierlijk
ter hand en poetst zijn elegante vleugelschoenen op.

Ovidius, Met. II, 708-736; vertaling M. d'Hane-Scheltema

- 737 Pars secreta domus ebore et testudine cultos
tres habuit thalamos, quorum tu, Pandrose, dextrum,
Aglauros laevum, medium possederat Herse.
740 Quae tenuit laevum, venientem prima notavit
Mercurium nomenque dei scitarier ausa est
et causam adventus; cui sic respondit: 'Atlantis
Pleionesque nepos ego sum, qui iussa per auras
verba patris porto, pater est mihi Iuppiter ipse.
745 Nec fingam causas; tu tantum fida sorori
esse velis prolisque meae matertera dici:
Herse causa viae; faveas oramus amanti.'
Adspicit hunc oculis isdem, quibus abdita nuper
viderat Aglauros flavae secreta Minervae,
750 proque ministerio magni sibi ponderis aurum
postulat; interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torvi dea bellica luminis orbem
et tanto penitus traxit suspiria motu,
ut pariter pectus positamque in pectore forti
755 aegida concuteret. Subit hanc arcana profana
detexisse manu tum, cum sine matre creatam
Lemnicolae stirpem contra data foedera vidit,
et gratamque deo fore iam gratamque sorori
et ditem sumpto, quod avara poposcerat, auro.

- 760 Protinus Invidiae nigro squalentia tabo
tecta petit: domus est imis in vallibus huius
abditā, sole carens, non ulli pervia vento,
tristis et ignavi plenissima frigoris, et quae
igne vacet semper, caligine semper abundet.
- 765 Huc ubi pervenit belli metuenda virago,
constitit ante domum (neque enim succedere tectis
fas habet) et postes extrema cuspide pulsat;
concussae patuere fores: videt intus edentem
vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
- 770 Invidiam visaque oculos avertit; at illa
surgit humo pigra semesarumque relinquit
corpora serpentum passuque incedit inertī,
utque deam vidit formaque armisque decoram,
ingemuit vultumque ima ad suspiria duxit.
- 775 Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
nusquam recta acies, livent rubigine dentes,
pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi movere dolores,
nec fruitur somno, vigilacibus excita curis,
- 780 sed videt ingratos intabescitque videndo
successus hominum carpitque et carpitur una
suppliciumque suum est. Quamvis tamen oderat illam,
talibus adfata est breviter Tritonia dictis:
'Inface tabe tua natarum Cecropis unam.
- 785 Sic opus est; Aglauros ea est.' Haud plura locuta
fugit et inpressa tellurem reppulit hasta.
Illa deam obliquo fugientem lumine cernens
murmura parva dedit successurumque Minervae
indoluit baculumque capit, quod spinea totum
- 790 vincula cingebant, adopertaque nubibus atris,
quacumque ingreditur, florentia proterit arva
exuritque herbas et summa papavera carpit
adflatuque suo populos urbesque domosque
polluit, et tandem Tritonida conspicit arcem
- 795 ingeniis opibusque et festa pace virentem
vixque tenet lacrimas, quia nil lacrimabile cernit.

Ovidius, Met. II, 737-796

Tekst 2 Mercurius en Aeneas

- 260 Ut primum alatis tetigit magalia plantis,
Aenean fundantem arces ac tecta novantem
conspicit. Atque illi stellatus iaspide fulva
ensis erat Tyrioque ardebat murice laena
demissa ex umeris, dives quae munera Dido
fecerat, et tenui telas discreverat auro.
- 265 Continuo invadit: 'Tu nunc Karthaginis altae
fundamenta locas pulchramque uxorius urbem
exstruis? Heu, regni rerumque oblite tuarum!

Ipse deum tibi me claro demittit Olympo
regnator, caelum et terras qui numine torquet,
270 ipse haec ferre iubet celeres mandata per auras:
Quid struis? Aut qua spe Libycis teris otia terris?
Si te nulla movet tantarum gloria rerum
[nec super ipse tua moliris laude laborem,]
Ascanium surgentem et spes heredis Iuli
275 respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
debetur.' Tali Cyllenius ore locutus
mortales visus medio sermone reliquit
et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
At vero Aeneas aspectu obmutuit amens,
280 arrectaeque horrore comae et vox faucibus haesit.
Ardet abire fuga dulcesque relinquere terras,
attonitus tanto monitu imperioque deorum.
Heu quid agat? Quo nunc reginam ambire furentem
audeat adfatu? Quae prima exordia sumat?
285 Atque animum nunc huc celerem nunc dividit illuc
in partesque rapit varias perque omnia versat.
Haec alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum,
classem aptent taciti sociosque ad litora cogant,
290 arma parent et quae rebus sit causa novandis
dissimulent; sese interea, quando optima Dido
nesciat et tantos rumpi non speret amores,
temptaturum aditus et quae mollissima fandi
tempora, quis rebus dexter modus. Ocius omnes
295 imperio laeti parent et iussa facessunt.

Vergilius, Aeneis IV, 259-295

Tekst 3

Chr. Ransmayr beschrijft in zijn roman 'Die letzte Welt', waarin de hoofdpersoon op zoek gaat naar Ovidius in Tomi, hoe de hoofdpersoon terugdenkt aan de dag waarop Ovidius de Metamorphosen verbrandde:

Daar brandden Naso's boeken, nee, daar brandde in de vlammen het handschrift van een enkel boek. Alleen al de titel van dit boek was in de residentie van de imperator Augustus een aanmatiging geweest, een ophitsing tegen Rome, waar ieder bouwwerk een monument voor de heerschappij was, die berustte op al wat verwees naar bestendigheid en de onwankelbaarheid van de macht. *Metamorfosen*, veranderingen, had Naso dit boek genoemd en daarvoor met de Zwarte Zee moeten boeten.

Tekst 4

Jupiter is verliefd geworden op Io, de dochter van Inachos. Hij heeft een verhullende nevel over de aarde verspreid en haar vervolgens geschaakt. Juno vermoedt de ontrouw van haar man en gaat in de hemel en op aarde op onderzoek uit.

607 Quem postquam caelo non repperit, 'aut ego fallor
 608 aut ego laedor' ait delapsaque ab aethere summo
 609 constitit in terris nebulasque recedere iussit.
 610 Coniugis adventum praesenserat inque nitentem
 611 Inachidos vultus mutaverat ille iuencam;
 612 bos quoque formosa est. Speciem Saturnia vaccae,
 613 quamquam invita, probat nec non, et cuius et unde
 614 quove sit armento, veri quasi nescia, quaerit.
 615 Iuppiter e terra genitam mentitur, ut auctor
 616 desinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.
 617 Quid faciat? Crudele suos addicere amores,
 618 non dare suspectum est: Pudor est, qui suadeat illinc,
 619 hinc dissuadet Amor.

In de regels 620-624 wordt verteld dat Jupiter besluit de koe aan Juno te geven en dat Juno de koe vervolgens laat bewaken door de honderdogige Argus.

625 Centum luminibus cinctum caput Argus habebat.
 626 Inde suis vicibus capiebant bina quietem,
 627 cetera servabant atque in statione manebant.
 628 Constiterat quocumque modo, spectabat ad Io,
 629 ante oculos Io, quamvis aversus, habebat.
 630 Luce sinit pasci; cum sol tellure sub alta est,
 631 claudit et indigno circumdat vincula collo.

Ovidius, Met. I, 607-631

Aantekeningen

- regel 607 **repperit** *onderwerp Juno*
fallor zich vergissen
- regel 610 **praesenserat** *onderwerp ille (regel 611)*
 regel 611 **Inachidos** van de dochter van Inachos
vultus uiterlijk
- regel 612 **bos** *predicatief vertalen*
 regel 612 en
 regel 616 **Saturnia** de dochter van Saturnus (= Juno)
 regel 613 **nec non** = et; *dit verbindt probat met quaerit (regel 614)*
 regel 614 **quo armento** uit welke kudde
veri quasi nescia alsof ze van niets weet / wist
 regel 615 **e terra genitam** *lees: eam genitam esse e terra*
 regel 615-616 **ut auctor desinat inquiri** om een einde te maken aan de vragen
 naar haar afkomst
- regel 617 **Crudele** *vul aan: est*
addico prijsgeven
amores minnares
- regel 618-619 **illinc ... hinc** aan de ene kant ... aan de andere kant
 regel 625 **cinctum** + *abl.* rondom voorzien van
 regel 626 **Inde** Daarvan
suis vicibus beurtelings
bina *vul aan: lumina*
- regel 627 **servo** waken
 regel 628 **quocumque modo** hoe ook maar
 regel 628 en **Io** *acc.*
 regel 629
 regel 631 **claudio** opsluiten

Einde